



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs
Tractatus de Prædestinatione, de Trinitate, de Angelis, & de homine

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniæ Agrippinæ, 1671

§. I. Conclusio affirmativa statuitur,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77146](#)

ARTICULUS III.

Vtrum Angelus posset transfere de uno loco ad alium non transfundendo per medium?

36. Postquam Doctor Sanctus articulo 1. hujus questionis docuit Angelum motu continuo & discreto posse moveri, articulo sequenti querit, utrum Angelus transferat per medium? & duas statuit conclusiones. In prima docet, quod si motus Angeli sit continuus, non potest moveri de uno extremo in alterum, nisi transferat per medium: Quia ut dicitur in 6. Physic. medium est in quo prius venit quod continetur mutatur, quem in quo mutatur ultimum. Ordo enim priori & posteriori in motu continuo, est secundum ordinem priori & posteriori in magnitudine, ut dicitur in 4. Physic. In altera vero conclusione afferit, quod si motus Angeli non sit continuus, possibile est quod pertransferat de aliquo extremo in aliud, non pertransfert medium. Tum quia si Angelus suo motu discreto omnia loca intermedia pertransfret, actu numeraret media infinita, quod est impossibile; inter quilibet enim duo extrema loca, sunt infinita loca media, sive accipiuntur loca divisibilia, sive indivisibilia: Tum etiam, quia substantia Angeli non est subdita loco, ut contenta, sed est superior illi, ut continens; unde in potestate ejus est applicare se loco, prout vult, vel per medium, vel sine medio. Idem docet in 1. distinctione 37. quest. 4. art. 2. & ibidem ad Annibaldum quest. 2. art. 1. ad 4. & quodlib. 1. art. 5.

37. Hanc Angelici Praeceptoris doctrinam non sequuntur, nec approbant Scotus, Suarez, Molina, Valentia, & alij ex Recentioribus, quibus non adhaeret Vazquez, imo potius severè in eos animadvertit, dicens huc disputatione 196. cap. 3. Recentiores illos de rebus spiritualibus ferè in omnibus instar rerum corporalium philosophari; illi que necessarium esse sensibilia relinquere; & altorem medium spiritualia contemplandi investigare. Pro resolutione hujus celebris questionis,

38. Supponendum est, quod sicut Philosophi distinguunt duo genera partium in quantitate continua, scilicet communicantium, seu proportionalium & non communicantium, seu aliquotarum; ita etiam medium quod Angelus omittere potest transundo de uno extremo ad aliud potest esse duplex, communicans scilicet, & non communicans: v. g. si Angelus existens in primo palmo unius corporis tripalmaris, velit transire ad tertium palnum, medium non communicebit secundus palmus, qui pro distictus ab alijs duobus habet suam magnitudinem, nec ex extremis aliquid participat; medium vero communicans erit si sumatur aliquid de primo palmo, & aliquid de secundo, vel aliquid de secundo, & aliquid de tertio. Porro ista media communicantia de extremis sunt infinita in potentia: nam post aliquam partem indeterminatam primi palmi potest à quolibet puncto mensurari aliquid palmarum, qui aliquid participet de primo, & aliquid de secundo; & cum puncta, partesque proportionales sint infinitae in potentia, media etiam participantia erunt in potentia infinita. Hoc supposito, sit

§. I.

Conclusio affirmativa statim.

Dico igitur, Angelum posse moveri mouimenti discreto, absque eo quod transferat per medium, sive illud sit communicans, sive noncommunicans cum partibus intermediis.

Probatur primo conclusio ratione fundamentali, quam Divus Thomas insinuat lexis cattatis. Angelus est in loco per operationem, sive applicationem liberam in virtutis ad locum. Ergo potest moveri motu discreto de uno loco ad alterum extremum, sine transitu per medium. Probatur consequentia: quia si ex eo quod Angelus sit in loco per applicationem liberam suæ virtutis ad locum, liberum illi est applicare se in loco sibi adæquato in virtutem, vel illum patet inadæquatæ; ita propter eandem rationem potest libere applicare eandem virtutem partibus extremis alicuius spatiij, non applicando eam, sive non operando in intermediis: in quo casu constat quod movebitur de extremo ad extremum, sine transitu per medium. Ita dicitur D. Thomas loco citato ex primo sententiâ, ubi sic ait: *Essentia Angelis secundum substantiam soluta est ab omni loco, & non difficit ad locum in operationem: non autem per operationem in loco, sed secundum quod terminata est operationem in loco.* Vnde quando operatur in locum, ab essentia sua (cum non sit ex se determinata) obligata ad locum illum, sed indifferenter edebet omnia in quantum in se est potest egredi operationem ad locum proximum vel remotum; nec operationes eius dependunt ab operatione ad propinquum.

Confirmatur secundum; Ideo corpus non potest moveri de extrema parte alicuius, ad aliam partem extreamam, sine transitu per medium, quia enim sit in loco per commensurationem ad eum, & tanquam illi subditum, ex eo quod continetur ad illo, debet sequi in suo motu leges ipsius. Atqui Angelus non ita existit in loco, sed in continens, & superior illi, atque adest ab eodem pendens: Ergo de uno extremo ad aliud potest moveri, non transundo per medium. Ita idem S. Doctor quodlibet 1. art. 5. dicens: *Quia ipsum est in loco sicut continentum ab eo, id est auctor quod in movendo sequatur loci conditionem, ut soliditer transferat media, proutquam ad extrema loci proxima.* Sed etiam Angelus sit in loco per contadum virtutis, non subditus loco ut contentus ab eo, sed magis contentus, sua virtute supereminentia loco ut de non habentes esse ut sequatur in suo motu conditionem loci, sed voluerit sua subiecta quod applicet se per contadum virtutis habens loco & illi, & si vult ab alijs medio. Sicut etiam intellectus potest applicari intelligendo unum extremum, potest aliquid videlicet, vel cogitando vel non cogitando de medias coloribus: quamvis corpus subiectum coloribus possit moveri de aliis in nigrum, nisi per medium.

Confirmatur secundum; Ideo corpus Christi potest definiri esse in media parte hostie consecrata, remanent in extremitate partibus, quia et hoc modo elevari, quamvis supernaturali: Sed Angelus existit in loco, modo esendi elevato, quamvis naturali. Ergo potest existere in partibus extremitate alicuius spatij, non existendo in intermediis, subindeque moveri discreto de una ad aliam, non secundando per medium.

Probogit secundo conclusio, & specialiter ostenditur angelum posse transire de extremo ad extremum non per transitum medio communicante cum partibus intermedii, discursu quem habet D. Thomas hic artic. 2. Inter quilibet duo loca extrema media it infinita loca communicantia, tam indivisibilia, tam divisibilia: Sed non potest Angelus transire discretere per omnia illa: Ergo opere necessario, quod in suo motu locali dicitur, relinquat aliqua ex parte locis intermedii, & proinde potest in transire de extremo ad extremum, non per transitum medio communicante. Major constat ex supposito: *conclusionem factam, & fusae ostenditur a D. Thoma loco citato.* Minor vero probatur, inquit non potest pertransiri dinumerando, alioquin enim denumerando ad ultimam ejus unitatem deveniretur, & ita non est quid infinitum, sed finitum: At si Angelus discrete per omnia illa media pertransire, ea omnia, subindeque infinitum dinumeraretur. Ergo ea discrete pertransire non potest.

Dicas Angelus motu continuo pertransit omnime dia communicantia, tam divisibilia, quam indivisibilia; & tamen propterea non dicitur infinitum dinumerare: Ergo idem dicendum est de motu discreto eiusdem Angelis.

Sed negatur consequentia, & paritas: ratio disparatis est, quia ut recte advertit Vazquez hinc explicationem secundi articuli, in motu continuo, etiam mobile infinita loca pertransire, et non numerari; utpote cum numerus in divisione constat, & numerati nihil possit, nisi discreceretur.

Probatur ultimò conclusio specialiter de medio modo communicantia: Primum quia non videtur major ratio, cur Angelus in suo motu discrete ab uno extremo loci ad aliud extremum, possit media communicantia impetrans restringere, quam media non communicantia: Secundum potest primum, ut jam ostensum est, & consequuntur Scotius & Suarez: Ergo & secundum. Major probatur: Tota ratio quam afferunt Adversarii, cur Angelus in suo motu discrete de extremo ad extremum non possit aliquod medium non communicans impetrans relinqueret, et quia inquit ordo naturæ exigit quod mobile præstet partes viciniores transeat, quam attingat remotores: Sed haec ratio vel nullam habet vim in motu Angelico, propter independentiam Angelis loco; vel aequaliter procedit de mediis participibus, quia viciniora sunt, quam partes remotores, ac de mediis non communicantibus: Ergo &c.

Secundum Dum Angelus existens in celo, in terram descendit motu discrete, non potest omnia media non communicantia pertransire: nam invenit Adversarius motum suum discretum unico invenit perficit: Sed in conceptibile est, Angelus uno instanti in celo in terram descendere, & omnia media pertransire; alioquin eodem momento efficiat pluribus locis sibi adæquatris, vel saltet in loco majori quam sit ille maximus quem habere potest: Ergo plura media etiam non participantia, in suo transitu prætermittere debet.

§. II.

Solvuntur objectiones.

Objectiones primò auctoritatem Divi Thomæ hinc artic. 2. ubi secundo loco sibi objicit:

A Anima potest suâ cogitatione transire de uno extremo ad aliud, non transeundo per medium: Ergo Angelus potest eodem modo moveri.

Respondeo autem negando paritatem: Quia Angelus, inquit, dum moverit localiter, applicatur ejus effectus diversis locis: anima autem essentia non applicatur rebus quas cogitat, sed potius recognoscuntur in ipsa: Ergo ex Divo Thoma Angelus nequit transire de uno extremo ad aliud, relictus medio.

Respondeo Divum Thomam in argumento quod sibi objicit, velle probare, quod Angelus possit motu continuo transire de uno extremo ad aliud, relictus medio, exemplo animæ rationalis, quæ per cognitionem etiam continuam potest cogitare de locis extremis, non cogitando de mediis, & quantum ad hoc recte responderet esse differentiam inter cognitionem & motu, quod cogitatio, etiæ continua, non applicat substantiam in ipsis rebus, sed trahit res ad se; potest autem cognitione coactus trahere ad se res non continuas: per motum vero continuum non potest applicare spatij non continuis suam substantiam; quia hoc est contra rationem continuatatis ex parte motus.

Objicunt secundò Adversarij: Anima rationalis non potest informare partes extremas corporis, non informando intermedias: Ergo neque Angelus moveri de uno extremo ad aliud, non transeundo per medium. Probatut consequentia; quia sicut anima se habet in informando, ita Angelus in agendo & movendo.

Respondeo concessio Antecedente, negando Consequentiam, & paritatem. Ratio disparatis est, quia anima unitur corpori, ut forma materiæ, ac proinde omnino necessariæ & dependenter à dispositionibus ad tales unionem requiritis, inter quas præcipua est colligatio & continuatio partium corporis: Angelus vero unitur loco, ut agens passo, vel motor mobili, subindeque liberè, & independenter à quacunque corporis dispositione, & per consequens independenter à partibus intermedii loci, potest se applicare ad extrema, & in illis operari.

Objicitur tertius: Angelus non potest prætermittere, vel invertere ordinem partibus hujus universi præfixum: Sed ordo partibus hujus universi præfixus, est ordo finalis, consistens in eo quod nulla creatura possit rem ulteriorem fine priori attingere: Ergo Angelus non potest extrema alicujus spatij, non tantis locis intermedii, contingere.

Huic argumento facile responderetur, concessio Majori, negando Minorem: nam ut optimè ait Cajetanus, ordo finalis præfixus à Deo partibus universi materialibus, consistit in eo quod ignis sit fons, terra deorsum, aer & aqua inter utrumque medient &c, unde hunc ordinem non potest Angelus invertere, faciendo quod unum elementum locum alterius occupet, vel quod gravia sursum, & levia deorsum tendant, vel inducendo vacuum in rerum natura, ac destruendo mirabilem illam unionem & colligationem partium universi, in qua ejus perfectio & pulchritudo consistit: non enim Deus Angelis orbem terræ subjecit, ut a apostolus, ad Hebreos 2. Quoad coëxistentiam verò & præsentiam Angelis ad partes universi, non est positus hic ordo à Deo, ut prius tangat partes intermedias quam extrema, immo potius, ratione sue immaterialitatis & spiritualitatis, à tali obligatione quam habent corpora

E

Objectiones primò auctoritatem Divi Thomæ hinc artic. 2. ubi secundo loco sibi objicit: